



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica

Buchanan, George

Argentorati, M. D. LXVIII.

VD16 B 3125

Psal. CXXXII. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, &c.
Carm. gen. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](#)

Modestia salubri:
Nil deprecor, rogóue,
Nullam recuso pœnam.
Qualis puer tenellus
Vix lacte pulsus, unam
Suspirat in parentem,
Hanc spectat, hac ab una
Dependet, ambit unam:
Aeterne rector orbis,
Te mens mea intuetur
Vnum, uni adhaeret, unum
Te uindicem salutis
Agnoſcit. O piorum
Propago sancta patrum,
Vnum Deum parentum
Spectate, spes in uno
Locate, cuncta ab uno
Sperate: spem nec unquam
Fouebitis caducam.

PSAL. CXXXII. Memento Domine
David, & omnis mansuetudinis eius, &c.
Carm. gen. 1.

D Auidis esto memor, genitor, memor esto
laborum
Quos tulit, in rebus tua iussa sequutus egenis.
Ille tibi, Hebrææ gentis Deus unice, uotis
Obstrinxit caput, & promissis ora reclusit,
Non ædes prius ingrediar, mollisue reponam
Membra

Membra thoro, aut oculis dulcem indulgebo
soporem,

Quām fanum inueniā, & sacri fundamina tem
Designem, sanctis q̄z locum dimetiar aris.

Ecce mihi, patrijs subitō dum uersor in aruis,
Et iuga dū peragro siluestribus obsita dumis,

Monstrauit Deus ipse locū. Deus ipse perenne
Hic templum, templiq̄z sacrī sedē innuit aris.

Ergo alacres gratam Domino properemus ad
ædem:

Scāna pedū pronis ueneremur uultibus. & tu
Sancte parens, bonus ac placidus cape uota,
tuamque

Lætus adi sedem: neu dedignare penates
Qui memorem eterni seruabunt fœderis arcā.

Templa sacerdotes casti tueātur, & omnes
Qui tua ritēpijs uenerantur numina sacris,

Lætitia exultent. Si Dauid pectore puro
Te coluit, ne Dauidicæ nunc respue prolis

Dona, tui populi cui frena tenenda dediti.
Dauidi enim quondam (neq̄z iam sententia

uerter

Vlla tua mentem) iurasti, E stirpe propago
Nata tua solium & sceptrum retinebit auitum.

Quod si posteritas seruet mea fœdera, pactis
Si steterit, leges si non temerarit auitas,

Nulla dies solio uis nulla extrudet auito,
Et natos natorum, & qui nascentur ab illis.

Ipse mihi sedem elegi sine fine Sionem,

Quam colerem: hīc mihi certa quies, hīc certa
uoluptas:

Hæc

Hæc mihi grata domus. cæli indulgétia fruges
 Faxon alat, & duros largè saturabo colonos.
 Templa tuebuntur casti iustiq; ministri,
 Lætitiaq; pijs perfunda m pectora certa:
 Dauidicoq; nouū producam è semine germé,
 Quod latè in populos fundet sua brachia: stir-
 Prospiciam seræ soliū qui illustret auitū, (pi
 Claraq; percunctas diffundat lumina terras.
 At pudor & turpes maculas infamia spargens,
 Hostibus inficit uultus. Iessæa propago
 Florebit, cingetq; sacrum diadema te crinem,
 Transmittetq; suam lögæua in sæcula famam.

PSAL. CXX XIII. Ecce quām bonum
 & quām iucundum, &c. Carm. gen. 3.

Nil charitate mutua fratum, nihil
 Iucundius concordia,
 Non aura suavis balsami, quum funditur
 Aronis in sacrum caput,
 Et imbre læto proluens barbam & sinus
 Limbum pererrat aureum:
 Non ros, tenella gemmulis argenteis
 Pingens Sionis gramina,
 Aut uerna dulci inebrians uligine
 Hermonis intonsi iuga.
 Fraterna quam pax incolit domum, iuuat
 Dominus benigna dextera:
 Et opibus auget: filiorum & filios
 Multis propagat sæculis.

Ker dilecta nivis; pav. ali. psal. gehennon.

PSAL.